Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



.i.

In Sancta nocte Natiuitatis Domini ad vesperas Capitulum.

Paulus seruus Jhesu christi vocatus apostolus. segregatus in Euangelium dei. quod ante promiserat per prophetas suos. in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Versus.

Hodie scietis quia veniet dominus. Et mane:

Oratio.

Deus qui hanc sacratissimam noctem veri luminis fecisti illustratione clarescere da quesumus. vt cuius lucis mysteria in terra cognouimus. eius quoq; gaudijs in celo perfruamur. Per eundem dominum nostrum Jesum christum filium tuum qui tecum.

Ad Completorium Cap.

Populus gentium qui ambulabat in tenebris. vidit lucem magnam habitantibus in re